

SCRIPTA

Numéro Scripta : 306

Autre(s) référence(s) : ARTEM 2688

Auteur(s) : Dreux, Vexin (comte)

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Ouen (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1027, 13 juillet-1031, 13 juillet]

Action juridique : restitution

Langue du texte : latin

Analyse

Dreux, comte [de Vexin] restitue la terre d'Issou aux moines de Saint-Ouen de Rouen et abandonne l'avouerie qu'il exerçait, ainsi que le tonlieu perçu sur les navires au château de Pontoise, à celui de Mantes et dans tous les autres lieux relevant de son autorité. Le comte Dreux reçoit dix livres de deniers et un cheval valant 100 sous ; il établit la nourriture pour les pauvres. Cette donation est confirmée par le comte Gautier [III], puis le comte Raoul [IV]. L'acte est suivi de la donation faite par Hugues, fils de Roger de Vernon, de l'église et de la dîme de Fourges.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 14 H 805.

Éditions principales

a. Bauduin Pierre, *La première Normandie (Xe-XIe siècles). Sur les frontières de la haute Normandie*, identité et construction d'une principauté, Caen, Presses universitaires de Caen (Bibliothèque du Pôle universitaire normand), 2004, Annexe II, n° 12, p. 379-382.

Dissertation critique

Les dates limites sont données par le couronnement du roi Henri Ier (mai 1027) et la mort de Robert le Pieux (20 juillet 1031), encore vivant au moment où Dreux a concédé ce privilège à Saint-Ouen de Rouen. L'acte a été souscrit ultérieurement par le fils de Dreux, Gautier III, comte d'Amiens et de Vexin (1035-1063) et confirmé par le comte Raoul IV, successeur de Gautier III en Vexin (1063-1074).

Texte établi d'après a

Quoniam vita mortalium in hoc mundo admodum brevi intercluditur spatio, et antecessores nostri corporum indumentis exuti verissimis hoc approbant indicii, oportet nos eorum adhuc superstites ultimam resolutionis inclementiam cum omni cautela providere et qualiter in divinæ majestatis presentia veniam consequamur subtiliter pertractare. Sanctorum patrum auctoritate docemur quod haec activæ mortalitatis vita ad contemplativam celsitudinem sit quasi quoddam ascensionis adminiculum et ideo bona transitoria nobis divinæ largitatis dono conceduntur ut æterna vereque manentia Deo reddente vicissitudinem per caritatis offitium mercemur. Quapropter ego comes DROGO dominicis preceptis salubriter admonitus in nomine sanctæ et individuae Trinitatis reddidi monachis sancti Petri et sancti Audoeni terram de Izou ut sine contradictionis molestia eam vel ad proprios

usus perpetualiter haberent vel quod libitum fuisset de ea licenter fecerent et pro divino amore taliter in ea meæ advocacionis promisi patrotinium ut neque propter publicas dissensiones neque domesticas culpas vel aliquas irarum incursiones aliquod sentirent detrimentum ; insuper etiam ad castella Pontem Isare scilicet et in Medanta et in ceteris [meæ po]testatis locis navigio ascendentibus et descendentibus totum perdonavi teloneum ea perfectionis ratione ut in vita mea nullam perturbationis injuriam paterentur et idipsum ab omnibus successoribus meis in perpetuum concederetur. Et ut hoc stabilius fieret .X. libras denariorum et unum equum .C. solidorum tanquam firmæ rationis testimonium accepi et tres pauperes tam pro me et uxore mea et filiis meis quam pro patre et matre mea ceterisque omnibus antecessoribus nostris et successoribus perpetualiter pascendos pepigi. Hujus etenim concessionis rationem tali auctoritate confirmavi ut quicumque eam violare presumeret anathematis ultioni subjaceret. Actum castello Ponte Isare III idus Iulii, vivente Rotberto rege et filio ejus Heinrico jam sceptrum tenente (cruce) vivente etiam Rotberto Rotomagensis aeccliesiæ archiepiscopo et abbate Heinrico.

Radulfus comes quæ adecessoribus suis DROGONE et Gualterio Sancto AUDOENO donata fuerant concessit manuque propria firmavit. Herberto pincerna comitis, Rogerius de Mortemari, Borgondius, Airi, Rotbertus, Osbernus, Phrotbertus filius Andrea. (cruce) Signum WALTERII COMITIS.

Godefridus sacerdos Sancti Metlonis subscripsit, D Signum Droconis comitis et filii ejus et (cruce) uxoris ejus.

S. Huberti clerici et fratris ejus Rotberti filiorum Huberti Divitis, S. Rodulfi Malvisin, S Sansonis, S Rotberti, S Hugonis, S Widonis, ITEM S Widonis, S Watsonis, S Walteri, S Rainardi, S Adonis, S Acardi, S Waleranni, S Hildeberti, S.Gauzberti, S Adzonis, S Osmelini, S Willelmi. Rot-(cruce)-berti Calvi, Ur-(cruce)-sonis filii Hugonis, Her-(cruce)-berti, Gual-(cruce)-terii filii Nivardi, Amalri-(cruce)- de Ponte Isera, S. Ansfridi vicecomitis, S Rotberti, S Thethboldi clerici, S Osmundi de Vernum, S Warengeri.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter ego Hugo filius Rogeri de Vernum dedi sancto PETRO et sancto AUDOENO aeccliesiam de Furcas quæ dicitur sancti PETRI cum decima ad eam pertinente eo rationis tenore ut anima mea, patris etiam mei, matrisque supradictis sanctis intercedentibus veniam apud Deum consequatur.